BEDA VENERABILIS. HIERONYMUS
2. Viertel 12. Jh. Seite 40v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Audiens autem ecclesia flatibus temptationum se esse probanda nequaquam di
lectisui pulsioni ac dispositioni contraducit sed potius ne superet
aduersis ne ue prosperis corrumpat ei in omnibus quere auxilium qui
poduxit uentos de thesauris suis sicut beatus iob ait qui fecit uentos
pondus Ad alius uerbis possimus dicere qui non patitur nos temptari supra
id quod possumus sustinere Veniat inquit dilectus meus in hortum suum
et comedat fructum pomorum suorum Veniat dns in ecclesiam suam ut ea ipse con
seruet immaculatam ac fidei semper fruge fecunda ipse qui se premisit mecum
usque ad consumationem seli esse mansurum Iuue mihi magis aduentus sui p
sentia ppitum ostendat cum me maioribus hostium temptationis pulsare prosper
erit concedatque benignus ut dilectus mihi sit ipse pomis Confido enim quam
diu uerace dicere potero diligam te dne uirtus mea eripiet me de ini
micis meis fortissimus et sup excelsa regni celestis statuet me et comedat
fructum pomorum suorum et libenter inspiciat gratanter que accipiat opera sororum suorum
uerta quod ipse detrectauerit sibi samaritanus ait discipulis Ego habeo cibum
manducare quem uos nesciti quod se deuocatione gentium diuisse subdendo
manifestat mihi inquiens cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me ut perficiam
opus eius Leuate oculos uestros et uidete regiones quia albe sunt iam ad messem
et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in uitam eternam Cui con
tra cum esuriret quesiuit fructum in ficu iudaica et quia minime inuenit
perpetua illam ~~hereditate~~ ariditate dampnauit fecit nam hoc figurate significans
quia esuriret quidem synagoge salutem sed ipsa quia salutis ferre fructum
contempsit eterne infidelitatis eet ultione multanda Potest hoc eruo
ce perfectos ecclesie membrorum specialiter accipi ductum eorum iudelicet qui se sin
cera ac fixa intentione do seruire meminerunt Veniat dilectus meus in
hortum suum et comedat fructum pomorum suorum Ac si aperte dicant utinam etiam
uenat dns ut nobis mercedem pie nrae deuotionis benignus restituat
et sicut nos semper eum diligere et fructum iusticie quem ipse donauit reddere
curauimus ita nobis ipse felicissima sue caritatis reconpensationem ad se
suscipiendo manifestet Ad cum omni tempore seos dicere decet quanto
magis cum presentis ecclesie statum pcellus temptationum uiderint esse concussum
quos ipse desiderio grata mor uoce respondens eidem que petebat iam se
fecisse testat Veni in hortum meum soror mea sponsa mea Veni inquit
sepissime in ecclesiam meam immo hoc facere nullom pegrinationis eius
tempore desisto Uenio autem ut errantes corrigam et infirmantes adiuuem
et dubitantes in fide confirmem et bene agentium fructus pfectos quasi sua
uissimis dapibus pascar et certantes ab hostium defendam insidiis et uiatores